

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 18: De contemplatione (24)

Dicit abbas Moyses quod per puritatem cordis, solitudo sectanda est sicut et ieiunia.

Unde in vitas patrum dicitur quod quatuor sunt instrumenta inducentia ad perfectionem, scilicet ieiunia, vigilia, solitudo et nuditas.

**Respondeo** dicendum quod solitudo,

sicut et paupertas, non est ipsa essentia perfectionis,

→ sed perfectionis instrumentum: unde in *Collationibus Patrum*, dicit Abbas Moyses quod *pro puritate cordis, solitudo sectanda est, sicut et ieiunia* et alia huiusmodi.

←

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 188.8 (P. Caramello ed., p.847).

→ pro hac solitudo sectanda est, pro hac ieiunia, uigilias, labores, corporis nuditatem, lectionem ceterasque uirtutes debere nos suscipere nouerimus, ut scilicet per illas ab uniuersis passionibus noxiis inlaesum parare cor nostrum et conseruare possimus et ad perfectionem caritatis istis gradibus innitendo conscendere, et non propter has obseruantias, si forte honesta ac necessaria occupatione praeuenti solemnitatem distractionis nostrae non potuerimus implere, incidamus in tristitiam uel iram siue indignationem, ob quae expugnanda illud quod praetermissum est fueramus acturi.

Iohannes Cassianus, *Conlationes XXIII.*, 1.7.1 (CSEL 13, M. Petschenig ed., p.13, ll.7-16).